

DOCUMENTO XXXVI.

Traslado de la Bula del Papa Alejandro VI.

Este es traslado bien e fielmente sacado de una escriptura escripta en pergamino de cuero, en lengua latina, e sellada con un sello de cera colorada, metido en una caja de madera pendiente en una cinta de seda verde e sygnada e firmada de cierto Notario Apostolico, segund por ella paresçia.—El tenor de la qual *de verbo ad verbum* es este que sygue.

IN DEI NOMINE. AMEN.

Petrus Garsia, Dei et Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Barchinon, Regius Auditor (*sic*) et Consiliarius: universis et suigulis præsentis literas sive præsens publicum instrumentum visuris, lecturis pariter et auditu-

EN EL NOMBRE DE DIOS AMEN.

Pedro Garsia, por la gracia de Dios y de la Sede Apostólica, Obispo de Barcelona, Auditor y Consejero Regio: á todos y cada uno de los que verán y leerán, como igualmente á los que escucharan las presentes letras,

ris, salutem in Domino sempiternam et prosperos ad voca successus. Vobis et cuilibet vestrum noctum (*sic*) facimus per praesentes, quod Nos in nostris manibus habuimus, tenuimus, palpavimus, vidimus et diligenter inspectimus Sanctissimi in Christo Patris e Domini nostri Alexandri, divina providentia Papae Sexti literas apostolicas ejus vera bulla plumbea in filis sericis, rubei croceique coloris More Romanae Curiae impendente, sana signis et integras, non viciatas, non cancellatas nec in aliqua sui parte suspectas, sed omnimoda suspitione carentes, ut in eis apparebat. Quarum quidem harum tenor et contentia de verbo ad verbum sequitur et est talis.

Alexander Episcopus Servus Servorum Dei, carissimo in Christo filio Fernando Regi, et carissime in Christo filie Elisabeth Regine Castelle, Legionis, Aragonum Siciliae, Granate, illustribus, salutem et apostolicam benedictionem. Inter cetera Divinae magestati (*sic*) beneplacita opera, et cordis nostri desiderabilia illud proffecto potissimum existit, ut Fides catholica et Christiana Religio, nostris praesertim temporibus, exaltetur, et ubilibet amplietur, et dilatetur, animarumque salus procuretur, ac barbarae nationes deprimantur, et ad Fidem ipsam reducantur.—Unde cum ad hanc sacram Petri sedem, divina favente clementia, meritis licet imparibus, evocati fuimus, cognoscentes vos tamquam veros catholicos Reges et Principes, quales semper fuisse novimus, et a vobis praestare gesta toti pene jam orbi notissime demonstrant, ne dum id exoptare, sed omni conatu studio et diligentia, nullis laboribus, nullis impensis, nullisque parendo periculis, etiam proprium sanguinem effundendo, efficere, ac omnem animun vestrum omnesque conatus ad hoc jam dudum dedicasse, quemadmodum recuperatio regni Granatae a tyrannide Saracenorum hodiernis temporibus per vos cum tanta divini nominis gratia facta testatur;

ó sea el presente instrumento público, sempiterna salud en el Señor y perfecto cumplimiento de sus deseos.—A todos y cada uno de vosotros hacemos saber por las presentes, que hemos tenido en nuestras manos, tocado, palpado, visto, y diligentemente considerado, las letras apostólicas del Santísimo en Cristo, Padre y Señor nuestro Alejandro, por la divina Providencia Papa VI, de las cuales pendia su verdadera Bula de plomo con hilos de seda de color rojo y de azafran, segun el estilo de la Curia romana, sanas en los signos y enteras, no viciadas, no canceladas, ni en parte alguna sospechosas, sino apartadas de cualquiera sospecha, segun en ellas aparecia. El tenor y contenido de las cuales sigue palabra á palabra y es este: Alejandro Obispo, Siervo de los Siervos de Dios, al carísimo hijo en Cristo Fernando Rey, y á la carísima hija en Cristo Ysabel Reina, ilustres de Castilla, Leon, Aragon, Sicilia, Granada: salud y apostólica bendicion. Entre las otras obras bastante gratas á la Majestad Divina y apetecibles á nuestro corazon, hay sin duda, principalmente ésta: que la Fé católica y la Religion Cristiana, especialmente en nuestros tiempos, sea exaltada y por donde quiera ampliada y dilatada; y que se procure la salud de las almas y sean deprimidas las bárbaras naciones y conducidas á la misma Fé. Por tanto, habiendo Nos sido promovidos con el favor de la divina Clemencia, bien que en tanto grado inferiores en mérito, á esta sacra Sede de Pedro, sabiendo que vosotros, como verdaderos Reyes y Príncipes Católicos, qual siempre os hemos conocido, y como vuestras preclaras hazañas, muy notorias ya por todo el orbe, demuestran que no solamente ansiáis eso mismo, sino que tambien lo ejecutais con todo vigor, premura y diligencia, no perdonando ninguna fatiga, ningun gasto, ningun peligro, hasta derramar vuestra propia sangre; y hace ya largo tiempo que habeis dedicado á ello

digne ducimus non immerito, et debemus illa vobis etiam sponte et favorabiliter concedere, per quae hujusmodi sanctum et laudabile, ac immortalis Deo acceptum propositum in dies ferventiori animo ad ipsius Dei honorem, et imperii Christiani propagationem prosequi valeatis. Sane accepimus quod vos, qui dudum animo proposueratis aliquas insulas et terras firmas remotas et incognitas, ac per alios hactenus non repertas, querere et invenire, ut illarum incolas et habitatores ad colendum Redemptorem, nostrum et Fidem catholicam profitendam reduceretis hactenus in expugnatione et recuperatione ipsius regni Granatae plurimum occupati, hujusmodi sanctum et laudabile propositum vestrum ad optatum finem perducere nequivitis; sed tandem, sicut Domino placuit, regno praedicto recuperato, volentes desiderium adimplere vestrum dilectum filium Christoforum Columbum, virum utique dignum et plurimum commendandum, ac tanto negotio aptum cum navigiis et hominibus ad similia instructis, non sine maximis laboribus et periculis, ac expensis, destinastis, ut terras; firmas et insulas remotas et incognitas hujusmodi, per mare ubihactenus navigatum non fuit, diligenter inquireret. Qui tandem, divino auxilio, facta extrema diligentia, in mari Oceano navigantes, certas insulas remotissimas et etiam terras firmas, quae per alios hactenus repertae non fuerant, invenerunt; in quibus quamplurimae gentes pacifice viventes, et ut asseritur, nudaee incedentes, nec carnibus vescentes, inhabitant: et, ut praefati nuncii vestri possunt opinari, gentes ipsae in insulis et terris praedictis habitantes, credunt unum Deum creatorem in coelis esse: ac ad Fidem catholicam amplexandum, et bonis moribus imbuendum satis apti videntur; spesque habetur quod si erudirentur, nomen Salvatoris Domini nostri Jesu Christi in terris et insulis praedictis facile induceretur. Ac praefatus Chris-

todo vuestro ánimo y todos vuestros esfuerzos, como lo demuestra la recuperacion del Reyno de Granada de la tiranía de los sarracenos, hecha por vosotros en los tiempos presentes con tanta gloria del nombre Divino, estimamos digno de razon y tambien debemos concederos espontánea y favorablemente, todas las cosas por las cuales podais en adelante con ánimo mas ferviente proseguir en este propósito santo, laudable y acepto al Dios inmortal, en honor del mismo Dios y por la propagacion del imperio cristiano.—Y en verdad, ha llegado á nuestra noticia que vosotros, qué habiais deliberado en vuestro ánimo, ya hace mucho tiempo, de buscar y descubrir algunas islas y tierras firmes remotas é incognitas, y por otro ninguno hasta ahora descubiertas, en donde reducir á adorar á nuestro Redentor y á profesar la Fé católica á los naturales y habitadores de las mismas, no habiais hasta aquí podido llevar al ansiado fin ese vuestro tan santo y laudable propósito, hallandoos estrechamente ocupados en la expugnacion y rescate del reino de Granada: mas finalmente, cuando plugo al Señor, recuperado el reino susodicho, queriendo cumplir vuestro deseo, destinasteis, no sin gravísimos trabajos, peligros y gastos, al dilecto hijo Cristobal Colon, sugeto verdaderamente digno de ser muy alabado, y apto para tamaño negocio, con naves y hombres avezados á cosas semejantes, á fin de que buscasse diligentemente aquellas tierras firmes, y las remotas é incógnitas islas en el mar en donde hasta ahora no se habia navegado.—Los cuales al fin, con la ayuda de Dios, haciendo extremas diligencias, navegando por el mar Oceano, descubrieron ciertas islas remotísimas, y tambien tierra firme, que nadie habia descubierto todavia, habitadas por muchísimos pueblos que viven pacíficamente, y segun se afirman desnudos y no se alimentan con carnes, y por cuanto pueden opinar los mencionados mensajeros vuestros,

tophorus in una ex principalibus insulis praedictis jam unam turrim satis munitam in qua certos Christianos, qui secum iverunt, in custodiam, et ut alias insulas et terras firmas remotas et incognitas requirerent, possuit, construi et edificare fecit. In quibus quidem insulis et terris jam repertis, aurum, aromata, et aliae quamplurimae res preciosae diversi generis, et diversae qualitatis reperiuntur. Unde omnibus diligenter, et praesertim Fidei exaltatione catholicae et dilatatione, prout decet catholicos Reges et Principes, consideratis, more progenitorum vestrorum clarae memoriae Regum, terras firmas et insulas praedictas, illarumque incolas et habitatores vobis (divina favente clementia) subicere, et ad Fidem catholicam reducere proposuistis. Nos igitur hujusmodi vestrum sanctum et laudabile propositum plurimum in Domino commendantes, ac cupientes ut illud ad debitum finem perducatur, et ipsum nomen Salvatoris nostri in partibus illis inducatur, hortamur vos plurimum in Domino, et per sacri lavaeri susceptionem, qua mandatis apostolicis obligati estis, et viscera misericordiae Domini nostri Jesu Christi, attente requirimus, ut cum expeditionem hujusmodi omnino persequi et assumere, permanente orthodoxae fidei zelo, intendatis, populos in hujusmodi insulis et terris degentes ad christianam Religionem suscipiendam inducere velitis et debeatis, nec pericula, nec labores ullo unquam tempore vos deterreant, firma spe fiduciaque conceptis, quod Deus omnipotens conatus vestros feliciter prosequetur. Et ut tanti negotii provinciam, apostolicae gratiae largitate donati, liberius et audacius assumatis motu proprio, non ad vestram vel alterius pro vobis super hoc nobis oblatae petitionis instantiam, sed de nostra mera libertate et certa scientia, ac de apostolicae potestatis plenitudine, omnes insulas et terras firmas inventas, et inveniendas, detectas et detegendas, versus occidentem

aquellos pueblos que habitan las susodichas islas y tierras creen que hay en los cielos un Dios creador y parecen bastante dispuestos á abrazar la Fé católica y á aprender buenas costumbres, abrigándose la esperanza de que si fuesen amaestrados, se introduciria facilmente en las susodichas tierras é islas el nombre del Salvador nuestro Señor Jesu Cristo.—Y ya el mencionado Cristobal ha hecho construir y edificar en una de las principales de las repetidas islas, una torre bastante fuerte, en la cual puso algunos cristianos que habian ido con él, á fin de que se mantengan allí en guardia y además descubran otras islas y tierras firmes remotas é incógnitas.—En cuyas islas y tierras ya descubiertas, se encuentran el oro, aromas, y otras muchisimas cosas preciosas de vario genero y diversa calidad.—Por lo qué atentamente consideradas todas las cosas y especialmente la exaltacion y dilatacion de la Fé católica, como corresponde á los Reyes y principes católicos, imitando á los reyes vuestros progenitores de esclarecida memoria, os habeis decidido, con el favor de la Divina clemencia, á dedicaros á reducir á la Fé católica las tierras firmes é islas susodichas y á los naturales y habitantes de las mismas.—Nos, por lo tanto, altamente encomendando al Señor vuestro tan Santo y laudable propósito y ansiando que sea llevado á debido efecto y que se introduzca el nombre de nuestro Salvador en aquellas partes, os escortamos calorosamente en el Señor, y por el Santo bautismo recibido con que os habeis sometido á los mandatos apostólicos y por las visceras de la misericordia de nuestro Señor Jesu Cristo, urgentemente os requerimos, que intentando vosotros asumir de un todo y proseguir la alta espedicion, continuando en vosotros el celo de la Fé ortodoxa, quierais y debais inducir á los pueblos, que habitan las islas y tierras susodichas á abrazar la Religion cristiana, sin que jamas os arredren los trabajos y peligros; imprimiendooos

et meridiem, fabricando et constituendo unam lineam a polo arctico, scilicet septentrione, ad polum antarcticum, scilicet meridiem, sive terrae firmae et insulae inventae et inveniendae sint versus Indiam, aut versus aliam quamcumque partem; quae linea distet á qualibet insularum, quae vulgariter nuncupantur *de los Açores* et *Cabo verde*, centum leucis versus occidentem et meridiem: ita quod omnes insulae et terrae firmae repertae et repertiendae, detectae et detegendae, a praefata linea versus occidentem et meridiem, per alium Regem aut Principem christianum non fuerint actualiter possessae usque ad diem Nativitatis Domini nostri Jesu Christi proxime praeteritum, a quo incipit annus praesens millesimus quadringentesimus nonagesimus tertius, quando fuerunt per nuncios et capitaneos, vestros inventae aliquae predictarum insularum, auctoritate omnipotentis Dei nobis in Beato Petro concessa, ac Vicariatus Jesu Christi qua fungimur in terris, cum omnibus illarum dominiis, civitatibus, castris, locis, et villis, juribusque, et jurisdictionibus, et pertinentiis universis, vobis, heredibusque et subcessoribus vestris Castellae et Legionis Regibus, in perpetuum tenore praesentium donamus, concedimus, et assignamus, vosque, et heredes, ac subcessores praefatos illarum dominos cum plena, libera, et omnimoda potestate, auctoritate et jurisdictioni facimus, constituimus et deputamus: decernentes nihilominus per hujusmodi donationem, concessionem et assignationem vestram nullo christiano Principi, qui actualiter praefatas insulas aut terras firmas possederit usque ad praedictum diem Nativitatis Domini nostri Jesu Christi, jus quascumque sublatum intelligi aut auferri debere. Et in super mandamus vobis in virtute sanctae obedientiae, ut (sicut pollicemini, et non dubitamus pro vestra maxima devotione, et regia magnanimitate vos esse facturos) ad terras firmas et insulas praedictas viros pro-

en el ánimo una firme esperanza y confianza en qué Dios omnipotente acompañará felizmente vuestras empresas.— Y á fin de que con el don liberal de la gracia apostólica, asumais mas libre y determinadamente un negocio tan grande, de moto propio, no á instancia vuestra, ni por pedimento á Nos presentado sobre ello por otras personas á vuestro nombre, sino de nuestra entera libertad y ciencia cierta, y con la plenitud de la potestad apostólica, con la autoridad del Dios omnipotente á Nos concedida en el Beato Pedro y del Vicariato de Jesu Cristo que en la tierra ejercemos, con el tenor de las presentes, donamos, concedemos y asignamos á perpetuidad á vosotros y á los Reyes de Castilla y Leon vuestros sucesores, todas las islas y tierra firme encontradas y por encontrar, descubiertas y por descubrir hácia el occidente y el medio dia, con todos los dominios, las ciudades, los castillos, los lugares y las villas de las mismas; y con todos los derechos, las jurisdicciones y las pertenencias de ellas, ya sea que las tierras é islas encontradas y por encontrarse esten hacia la India ó hácia cualquiera otra parte; y á vosotros y á los herederos y sucesores susodichos, hacemos, constituimos y diputamos Señores de ellas, con plena, libre y absoluta potestad, autoridad y jurisdiccion: formando empero y fijando una linea desde el polo ártico, es decir desde el Setentrion, al polo antártico ó sea el medio dia; cuya línea esté distante de cualesquiera de las islas vulgarmente llamadas *de los Açores* y *Cabo Verde* cien leguas hácia el occidente y medio dia; á condicion de que de todas las islas y tierra firme encontradas y por encontrar, descubiertas y por descubrir desde la susodicha línea hacia occidente y medio dia, no tenga actual posesion otro Rey ó Príncipe cristiano hasta el dia de la Natividad de Nuestro Señor Jesu Cristo, próximo pasado, desde el cual comienza el presente año de mil quatrocientos noventa y tres, en que fueron descubiertas